

tatur per horas octo: tunc denuo colentur: et in vase iterum tantumdem soliorum rosa rum recentium aut violarum immittantur et denuo eadē aqua calefacta super ea mit tatur et stringatur orificiū similiter per octo horas deinde coletur: et si cōseruare volueris ponatur in vase vitreato stricti orificij: et distilletur oleū in orificio eius et strigat caput eius et exponatur soli diebus. xl. et di citur illud mucharus rosaz aut viola. Ille operatio infusionis rosaz aut violarum est illa de qua fit sirupus rosatus ex infusione rovarum: etiā illo modo fit infusioni violarum pro faciendo sirupum violatum ex infusio ne violarum ut dictū fuit supra: et quādo p̄dicta infusio est cōplēta pot̄ conferuari in vase vitro et nō in vase terreo q̄ putrefit: et in hac infusione zucaro dissoluto et cocto ēm arte possunt fieri cōfectiles et alta vt est diarodon descriptōne cōmuni et ita de alijs. Modus iuleb violati cōferēs ad febrē et inflā mationem et asperitatem pectoris et tussim et pleuresim: et ei⁹ opatio est sicut iuleb rosati.

**I**uleb ut dictū fuit est sirupus simplex ex sola aqua et zucaro: et p̄petr id dñs Wesue dicit iuleb violati quod fit ex infusione violarum: et nos facimus et nominamus sirupū violatum ex infusione violarum et eius mo dus est sicut modus sirupi rosati hoc est q̄ pro lib. v. infusionis violarum addantur li. viii. zucari: et fiat sirupus violatus ex infusione: et est ille de quo intelligitur quando me dicus ordinat iuleb violati simpliciter infra apparet vna alia descriptio que vocatur si rupus violatus cōpositus q̄ etiā in vsu est etiam apparebit aliud iuleb rosatum vñ vio latum et fit vterq; ex aquis distillatis et non per infusionem.

**I**uleb allud rosatum. Et aque rosarum li. viii. zucari. lib. ii. et fiat iuleb.

**I**stud iuleb qđ fit ex aqua rosata distilla ta ab emblico est ille quo ritur p̄ iuleb ro sato et est ille de quo intelligitur quādo absolute ponitur duae descriptiōes iuleb posite fuerūt que sunt ex infusione florarum sive rosarum sive violarum et nominant suo nomine. Aut in quinto canonī. etiam docet facere iuleb cum aqua rosata.

**I**uleb violati. Et aque violarum li. iii. zucari lib. ii. coquantur: et fiat vt supra.

**S**imili modo iste iuleb dñ fieri ex aq̄ violarum distillata sicut fit iuleb rosatu qđ eti am in vsu est: in fundo vasis iuleb violati vñ rosati aliquando inuenitur zucarum indu-

ratum in fundovasis: qđ vocat moderni cā dum violatum vel rosatum.

**I**uleb alchesmes ēm eundem in sua practica capi. sermo in aqua cicerū tc. Et alchesmes et decoquantur in aqua decoctione sufficiēti et recipe huius aque: partem. i. penidiorum partem. 5. decoquantur vñq; dum sufficiat: ēm eundem modum fiat iuleb quod in vsu nō est.

**A**lchesmes vel chesmes scriptū ut hic cū littera s. sunt passile sine arulis: sed chermes scriptum cum r. est grana cū qua tigū tur panni: et apud Dia. vocatur coccus.

**S**irupus de pomis. Et succi pomorum dulcium et acetosorum afi. lib. v. coquatur succus vñq; ad cōsumptionē medietatis ipsius et dimittatur per dies. iiij. vñq; duz clarescat: deinde coletur et cū lib. viii. zucari fiat sirup⁹: et sunt qui submergunt in succo setā tinctā ex chermes: id est granis cum quibus tingūtur pāni ante succi depurationem vñq; dū rubeat et recipiat virtutē tinture: et est excellentior.

**I**ste sirupus apud nos est multum in vsu

et maxime scdm istam descriptionē qua dicitur sirupus de succo pomorum vel sirupus de pomis simplex ad differentiam alterius de scriptiōis que vocatur de pomis compōsus de quo infra.

**S**uccus scdm isidorum in capitulo de po tu dictus est q̄ succo exprimatur ut p̄tane

Plinius in capitulo de generibus succorum

et de odore ait. interim que sunt communia

ex pomis omnibus succis saporum genera

tres decem reperiuntur dulcis suavis pin

quis amarus austerus acer acutus acerb⁹ falsus tc.

**W**esue inquit q̄ sunt aliqui qui submer gunt setam tinctam ex chermes in isto si ru po: et est excellentior: sed raro apud apothe carios fit per illum modum.

**S**irupus de piris modus eius est sicut si ru pi de pomis. sed non est in vsu.

**A**utem. in quinto canonis habet vnam aliam descriptionem que eadem est. idem in quarto canonis in sen prima in capitulo de cura morbilli. laudat ipsum sub nomine siripi de altelea: nam altelea vt exponitur in suis sinonimis sunt pira: et sirupus de altelea: id est de piris vt exponit etiam Joh. arcuanus super illo passu.

**S**irus vocata videtur q̄ in ignis speciem formata: nam hoc genus pomi ab amplio incipit et in angustum finit sicut ignis. pira autem arbor: fructus eius pira sunt.